



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

4. An in Sacramento Pœnitentiæ, quando agitur de jurisdictione
Confessarii, possit ille, & pœnitens uti in ejus administratione opinione
probabili, relicta probabiliori? Et an in electione opinionum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Sacerdote approbato; neque Parochum, excipientem in aliena diocesi confessiones, absque noua approbatione: vel si Sacerdos approbatus absoluerit à reuerentis ex opinione probabilis.

Sup. conten- to in hoc §. in Ref. 1. not. præter- ta, §. secun- do sic paulo post in tium & in Ref. in eodem §. Sed si, ad me- dium, vers. Adde, & c.

3. Adde, quòd in his casibus semper pœnitens se accusat de aliquo veniali, & cum simplex Sacerdos ad venialium absolutionem indubie habeat iurisdictionem, absoluetur cum opinione probabilis, gratiam cau- sabit, & sic pœnitenti nulla irrogabitur iniuria, vt no- tauit Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 26. sect. 6. n. 8. Sanch. in summ. tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 3. Sancius in selectis, disp. 44. n. 24. & alij.

RESOL. III.

Sup. prima diffi- cultati in to. 1. tr. 4. ref. 66. §. 2. à lin. 7. & seq. & in tom. 1. tr. 1. ex ref. 3. le- ge doctrinã §. 1. & 2. & aliarum eius primæ not. & hic in ref. præterita §. 2. ad lin. 10. vers. Tertio. Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. ref. 58. & le- ge etiam ref. §. 1. & 2. & alij.

Quam opinio eligenda sit, an illa, que est Sacramen- to fauorabilis, an illa, que est fauorabilis suscipienti? Et pro praxi adducitur, an qui petit Confessionem, possit absolui in articulo mortis etiam sine conditione: & in tali casu an sufficiat vnus testis sive testans infirmum signa pœnitentia indicasse: nec talem testem iurare, necessarium, nec Christianum esse oportebit? Ex p. 2. r. 13. Ref. 13.

1. R Espondeo eligendam esse opinionem fauo- rabilem, suscipienti, quia Sacramenta in- stituta sunt in fauorem fidei, vnde in hoc casu Sacramentum cedit iuri suo. Et ita contra Coque- tum in dissertatione de Confess. per literas c. 7. & alios qui petit confessionem, posse absolui in articulo mortis, existimo: & ita docet Syluius in 3. p. q. 9. art. 2. quæritur 4. ca. 2. Reginald. de off. Confess. c. 21. n. 16. Petr. Fey. in 3. p. q. 9. a. 2. disp. 2. Zambran. de cas. in mortis art. c. 1. dub. 2. Salas in p. 2. r. 8. disp. vnic. sect. 5. n. 56. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 1. Bellarm. lib. 2. de pœn. c. 6. Sanch. de mar. lib. 2. disp. 36. n. 8. Pelantius in addit. ad 3. p. de integritate Confessarij, q. 10. disput. 11. Pitigian. in 4. r. 2. disp. 7. q. 2. vni. a. concl. 4. Regin. in praxi, rati. lib. 8. c. 1. n. 8. Coninch. de Sacra. disp. 7. dub. 10. n. 99. Basil. Pontius de mar. lib. 1. c. 25. n. 8. Montefin. in p. 2. disp. 29. q. 5. n. 176. Filliuc. tom. 1. r. 7. c. 5. num. 120 Ludouicus de san Iuan. in sum. par. 1. tr. 1. de pœn. q. 5. art. 19. Henriq. lib. 5. c. 1. §. 7. & alij.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. ref. 67.

2. Imò, existimo in tali casu posse Confessarium sine conditione absolueri. Nam ille, qui agens aliquam actionem, iudicat se non delinquere, ab òlute potest illam exercere; vnde quando Theologi asserunt, minitrandum esse Sacramentum sub condi- tione, quando dubitatur de valore Sacramenti: id intelligendum est, in dubio proprie, non autem in opinionibus, vt est in casu nostro. Et ita ex multis aliis rationibus docet Sancius in selectis, disp. 44. num. 32. qui etiam rectè, n. 35. docet, in tali casu sub condi- tione impertiendam esse absolutionem, nempe si ambiguitas intercederet, nisi signa sint ex dolore orta, vel ex angore, & angustia mortis, cum in tali casu prodelle possit infirmo, & non obesse Sacramento; vitatur namque sacrilegij periculum, conditione appo- sita.

Sup. hoc ad medium ref. not. præter- ta vers. Ven- de.

Sup. hoc am- biguitate in tom. 1. tr. 4. Ref. 57. & c.

3. Notandum est etiam, quòd in tali casu suffi- ceret vnus testis fides, testantis infirmum signa pœnitentia iudicasse. Neque talem iurare neces- sarium est, nec talem testem Christianum esse oportebit.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. Ref. 59. per totam, & le- ge etiam aliam Ref. eius not. 2.

RESOL. IV.

An in Sacramento pœnitentia, quando agitur de iurisdictione Confessarij, possit ille, & pœnitens vti in

eius administratione opinione probabilis, vtili a probabili? Et an in electione opinionum illa sit amplius da quæ probabilior, & securior? Ex part. 4. tract. 4. & Mill. Ref. 4.

§. I. A ffirmatiuam sententiam docui contra Pe- regrinum in 3. part. tr. 2. resol. 3. sed ipse Pe- rum absolute in addit. ad nostr. confit. part. 1. quæ- negatiuam sententiam tenet, & putat in tali casu ali- ter facientes esse sacrilegos, & se exponere periculo faciendi Sacramentum nullum.

2. Sed notandum est quòd quedam veritates à Christo institutæ sunt, vt sic fiant, & non aliter ca- leant; v. g. si fortè instituit quòd tipha, hordeum, vel amylym materia non sit consecrations, sed panis triticus, vel quòd forma Baptismi sit aqua, & que nomine Patris, & Filij, & Spiritus scilicet signficatur, non que nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque, vel quòd pars minima corporis abluta sufficiens non sit ad valorem Baptismi, & c. hæc igitur res cum à Christi institutione pendeant quoad suum valorem, sic, & non aliter, illum sortientur qualiter verera instituta sunt, quæ- tus ex opinione probabilis aliter fiant, alie verò res sunt, quarum veritas à Summo Pontifice determinata existit, v. g. quòd talis Confessarius habeat iurisdictionem, vel non, aut quòd talis sit Parochus, vel non, vel quòd hic, vel talis contractus sit matrimonium, vel non, hoc, vel tale verum valorem habeat, vel non, aut quòd hæc, vel talis professio emissa à Religioso irrita sit, vel non, & c. hanc igitur rerum veritas in indiuisibili non consistit, sed iuxta opinionum varietatem multiplicatur, vnde quando opinio probabilis adeest circa earum valorem, tunc in adificationem Ecclesie Summus Pontifex illam approbat, & Ecclesia tacite in his casibus præbet iurisdictionem, alias nimis conscientie grauareretur, & ita hanc sententiam docet Caltus Palam in opere morali tom. 1. disput. 2. punct. 6. numero 9. Lessius libro 2. cap. 29. dub. S. num. 68. Bonacina in Decalog. disp. 2. quæst. 4. punct. 9. numero 19. Malden in 1. 2. D. Thom. quæst. 19. art. 5. disp. 86. Vnde Sanchez in sum. tom. 1. libro 1. cap. 9. numero 15. ait. Quando opiniones circa iurisdictionem Sacra- dotis ad audiendas confessiones variantur, atque opinio probabilis docet illam habere, probabilior autem negat, talis Sacerdos nullo modo peccabit audiendo confessiones. Ita ille. Et ideo rectè Henriquez lib. 4. c. 14. num. 3. asseruit non esse minus potentem opinionem sapientium, quam vulgi errorum ad confitendum iurisdictionem.

3. Hanc etiam opinionem præter Doctores citatos tenent omnes illi, qui docent approbatum ab vno Ordinario posse vbique eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, quorum nomine adduxi in 1. part. tract. 11. resol. 7. nam si quis eligeret hanc opinionem, relinqueret Confessarium certum pro incerto; sed quia in tali casu opinio probabilis est consensu Ecclesie, vt dictum est, confert iurisdictionem, ideo in praxi illam sequi posse non est dubitandum. Hanc etiam sententiam docent illi Doctores, qui existimant posse simpliciter Sacerdotem absolueri moribundum præsentem proprio Parocho, quorum nomina adduxi in part. 1. tr. 5. resol. 5. & in hoc casu citati Doctores consequenter docent posse aliter relinqueri Confessarium certum pro incerto, sine illa causa, & necessitate, & alios multos casus similes poteram adducere; sed quia breuitati studio, alio propter opinionem probabilem Ecclesiam tribuere iurisdictionem Confessario.

4. Sed videamus quomodo hanc sententiam im-

pugnet Peregrinus, qui multa argumenta adducit, sed precipue reducuntur ad duo. Primum, quia in re gravi facit contra rectam rationem, nam iudicium consultationis non potest esse de minori bono; sed hoc accidit in casu nostro, eligendo probabilem sententiam, relicta probabiliori; ergo, &c. Respondeo, quod supposita probabilitate opinionis non est minus bonum illam sequi, quam oppositum, & si quis non peccat minus tutam sequendo, non minus tute quam alius incedit quoad incurrandam culpam, quia non est dare magis, vel minus inter peccare, & non peccare, & cum una opinio non sit magis tuta, quam alia, quoad imputabilitatem ad culpam, consilium non habebit locum, ut dicitur vnam esse magis sequendam relicta altera, & ita qui iuxta opinionem minus probabilem operatur, non etiam contra rectum iudicium & consilium agit. Ita Sancius in selectis, disput. 42. numero 12. & post illum Castrus Palaus tom. 1. disput. 2. punct. 2. numero 3. & alij. Vnde Sanchez in summ. tom. 1. libro 1. capite 9. numero 14. recte docuit, quod nullus ad melius amplectendum altingitur, quod etiam docet Granada ubi supra infra num. 23. & ideo Merolla in Theol. disput. tom. 1. disput. 3. c. 4. num. 25. ex communi asseruit, quod quando quis sequitur opinionem probabilem, relicta probabiliori, non facit contra rectam rationem, quia eo ipso quod est probabilis, est conformis rationi & estimationi prudentium.

Secundo sic argumentatur, qui in administratione Sacramenti Penitentiae relinquit opinionem probabilior, peccat, quia voluntarie exponit se periculo faciendi Sacramentum irritum adversus etiam obligationem charitatis erga proximum, cui tenemur providere de certo remedio. ergo, &c. Respondeo quod etiam seculo periculo, quod in tali casu Ecclesia non praebet iurisdictionem, quod omnino negandum est; tamen, hoc non obstante, in nostro casu periculum irritandi Sacramentum, & per consequens damnatum proximi, de quibus tantum timet Peregrinus, moraliter loquendo, non potest adesse, nam cum in sacramento Penitentiae absolvens sit Sacerdos, & omnes simplices Sacerdotes habeant facultatem absolvendi a venialibus, & indirecte a mortalibus, consequenter sequitur Sacerdotem in tali casu conficere Sacramentum, & penitentem nullum subire periculum damnationis, si a Sacerdote absolvetur cum opinione probabili, nam cum homines quasi semper confitentur venialia cum mortalibus, absolventur in tali casu, de quo loquimur, directe a venialibus, & indirecte iustificatur a mortalibus, & ita docent & respondent ad argumentum Peregrini, Sanchez Malderus, Martines, & alij, quos in d. resolutione citavi, quibus nunc addo Ludovicum a Cruce in appendice de opinionibus dub. 3. per totum, Castrum Palaum in opere moral. tom. 1. disput. 2. punct. 5. numero 8. Bonacinam in Decalog. disput. 2. quest. 4. punct. 9. num. 20. Turrianum in select. disput. part. 1. disput. 21. dub. 2. & ideo Sancius in select. disput. 44. num. 24. sic ait. Est valde notandum quod in praedictis casibus non peccat contra charitatem, neque iustitiam minister absolvens cum opinione probabili circa iurisdictionem, dum penitens aliquid veniale simul cum mortalibus fateatur, quia cum simplex ad venialium absolutionem indubie habeat iurisdictionem, absolvens gratiam causabit. Ita ille. Et tandem Iacobus Granada in 1. D. Thom. controu. 2. tract. 2. disput. 4. sect. 4. numero 38. sic asserit. Mihi placet opinio affirmans, sufficere quod Confessarius secundum probabilem opinionem habeat iurisdictionem ad absolvendum, ut licite possit ministrare Sacramentum Penitentiae, quia reuera nullo periculo exponitur Sacramen-

tum, tum quia eo ipso quod Confessarius sequatur opinionem probabilem, datur communis error in populo, & facta ex tali errore sunt valida; tum etiam, quia in confessione semper penitens facit aliquid saltem veniale, supra quod certum est esse iurisdictionem in quolibet Confessario, & cum aiunde sit probabile quod possit absolvere a mortalibus, saltem cadet indirecte absolutio supra illa, & ita nulli periculo exponitur. Hac Granada.

6. Ad idverò, quod asserit Peregrinus, quod in electione opinionum illa sit amplectenda, quae probabilior & securior, responderet Sancius in selectis, disput. 42. numero 1. hoc esse falsum; sed ego non ita rigide hac sententiam improbo. Dico igitur esse sententiam magis communem & probabiliorum illam, quae asserit in eligendis opinionibus sufficere sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori & tutiori; & ita docent 31. Doctores, quos ego adduxi in part. 2. tract. 13. resol. 1. & adducit Sancius ubi supra, & Merolla in disput. Theol. tom. 1. disput. 3. c. 4. numero 4.

7. Et tandem nota, quod pro sua firmanda sententia adducit duo loca Lessij, & Sancij, sed non faciunt ad rem, quia in dictis casibus cum penitens sciat Confessarium non habere iurisdictionem, certum est quod non potest pro libito ei confiteri: secus est in nostro casu, ubi penitens tenet, & iudicat stante opinione probabili Confessarium habere iurisdictionem; ceteras vero rationes à Peregrino adductas ex supradictis facile solui possunt, ideo ad alia Rescendamus.

Quae hic est supra ref. etiam 1. & in hac ipsa met Resol. supra in §. Sed videamus, post medium, & in aliis eorum an notationum

RESOL. V.

An liceat uti iurisdictione probabili relicta certa? Idem est de materia, & forma. Ex p. 9. et 7. & Misc. a. Ref. 59.

§. 1. Attendas, quaeso, (amice Lector :) est enim quaestio quotidie in praxi occurrens, & ad illam negativè respondet novissimè Petrus Marchant. in Tribun. Sacramenti. tom. 1. tractat. 2. titul. 3. quest. 4. quod probat ex doctrina communi de Sacramentis, in quibus docetur, quod ubi materia certa, vel ex essentialibus certa, omnia requisita ad Sacramentum occurrunt, non liceat sine peccato mortali uti tantum probabilibus. Ex. g. in Baptismo, si habes ad manum aquam elementarem puram, non licet uti impura, ut lixivio, quamvis sit probabilis materia. Nec licet baptizare, si communem scias formam, & velis uti alia forma extraordinaria; ut aliquando ille ignarus, qui baptizabat: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quamvis enim formam istam quoad valorem ob ignorantiam idioma-tis in homine illo simplici admisit Zacharias Papa; non tamen vltim illius approbavit. Item, nec licet uti hac forma: In nomine Genitoris, Geniti, & Spiritus Sancti, quamvis haec apud graves Scholasticos probabilis sit, ac generaliter in omnibus Sacramentis multa probabilia in eorum administratione occurrunt, quibus tamen (ubi adsunt certa) sine peccato mortali non possunt ministrari uti; relicta certis, tum ob periculum, tum ob irreverentiam, tum ob praesumptionem, & temeritatem in re tanti momenti spectante ad animarum salutem.

Pro doctrina huius ref. in tom. 2. et. 1. ex doctrina Ref. 102. §. 2. an te medium a veri, nunquam est, se, & ad medium praedicti, §. vers. Sequitur, & in aliis eius nor. Et quamvis non plene sup. omnihus contentis in hac Ref. lege-tamen supra Ref. per totam & signa-ter ex §. 2. ad medium, vers. Et tandem, & vide etiam alias ref. & §. an- nor. disti- vers. & tan- dem, & signa- ter ia tom. 7. et. 1. ex Ref. 99. lege §. alium eius

2. Ratio igitur fundamentalis in hoc Sacramento, & iudicio est: quia, cum iurisdictione sit vnum ex essentialiter requisitis ad hoc Sacramentum debitè ministrandum: sicut non licet in aliis Sacramentis probabilibus

